

Bibliothèque numérique

medic@

**Ponthieu, Alexandre - candidat /
Bazin, Claude - président. - An
pestilentium & putridarum febrium
eadem curatio ?**

1610.

Paris

Cote : ms 74 n°412

412

AD QVODLIBETARIAM.

QVÆSTIO MEDICA MATVTINIS DISPVATIONIBVS
 DISCVTIENDA, IN SCHOLIS MEDICORVM PARISIENSIVM, DIE IOVIS PROXIMA, XXI.
 IANVARII, MAGISTRO CLAVDIO BAZIN, DOCTORE MEDICO, MODERATORE.

An pestilentium & putridarum febrium eadem curatio?

NVM IN ANIMANTIBVS vtriusque valetudinis principium, calor: prosperæ, cœlesti: aduersæ, elementari similis. Pro gradu, actionum omnium vel morborum author, beneficis moderatus, immoderatus maleficis: cuius excedentis pro partium natura effectus non vnus: in corde febris, in qualibet alia parte *enigme*; hæc simplicis qualitatis excessus si cum materia, varia sortitur nomina: illa in calore cordi igneo, non frigore, horrore, rigore: vllò conclusa, triplici continetur differentia, simplici, putrida, & pestilenti. Harum quæque primaria est vel symptomatica: hæc continua periculi plena, illa continua pariter, aut intermittens vt plurimum secunda. Quilibet à corde petæque caloris initium est nata.

TMORBORVM OMNIVM sic & febrium materia duplex, spiritus & humor: ab illo sit ephemera quarumlibet præuia: ab hoc, si excrementitius, intermittens: si nutritius, continua: hic in magnis vasīs non vniūsmodi, vel feruet, hinc lynchos simplex: vel putret, isque aut totus, hinc putris: aut parte aliqua, eaque aut biliosa, aut pituitosa, aut melancholica, hinc tertiana, quotidiana & quartana continua: vel pluribus mixtis, hinc miscellanea, cum bilis, *phlegma* cum pituita vincit *excessu* & copia: hæc *enigme*, illa *enigme*: vtraque *enigme* & *enigme*. Omnes & malignitate & perniciē pro putrescentis natura & mixtione, patientis habitu & ætate longe distat. Senibus periculosa, rarissima: frequentiores adultis, minus noxia.

AVD FREQVËNTISSIMA, verum perniciosissima febris est pestilens, contagiosa, & deleteria qualitate multis calamitosa: ab aliis specie non altera, neque materia. vt plurimum epidemia, nonnunquam endemia (quæ & illius sæpe tons est & scaturigo). Cuilibet animantium penè est sua: quæ mitior, infirmiorum propria, grauior est prænuntia: quæ quadrupedum aut volatiliū, eius quæ hominum. Hæc autem vel est malitiæ leuioris delicatioribus & tenerioribus funesta, *enigme* eruptione conspicua: vel grauioris & robustissimis perniciofa. Vtraque aut solitaria, aut pernitiē characterē stipata: illa deterrima, virus in aurā habens tenuissimā: hæc non æquè, symptomatum tamen leuitiā grauiissima.

AVSARVM IN MORBIS, alioquin necessaria, difficilis cognitio: in propositis difficillima, quin imò pestilentium à priori nulla: putridarum certissima. Cæca & occulta pernitiē cordi insensā pestilentium est causa: putridarum, ex calidi in humido victoriā, corruptela: huius potentissima est obstructio: illius abdita, seminarium tamen triplex, terrestre cuius malignitas non latè propagabilis: æreum, magis vniuersalis: denique cœlestē, omnium generalissima. *enigme* frequens, non pura. Omnium curandarum non vna ratio. In putridis alterantibus frigidis ficcis arcenda putredo, quod putruit turgescens cathartici & phlebotomiā vacuandum: quod superest, coquendum, coctum naturā vel arte deturbandum: quibus qui vsum frigidæ ex occasione adiecerit, curationis summam attulerit.

NESTIMABILE IN MORBORVM medela occasionis momentum, in pestilentium maximè, quæ tempestiuè instituta, facillima: in tempestiuè, periculosa. Harum tutissima primo inuasionis articulo, ex pulsi languido & summe inæquali, syncope, cardiogimo, vomitu, & nausæ. Duabus hæc potissimis cōstat indicationibus: prima à causā, quæ deleteria, alexitera: & interiora subiens, diaphoretica postulat: vtrūque præstant quæ ex vſu sūt antidota, assumpta, admota: hydrotica naturæ egri accommodata, per vires repetita: & externa *enigme* iuuantia. A viribus altera, quæ præ pernitiē fatiscētes & remedijs impares, victu paulò pleniore ex alimentis eueptis, eupeptis, cardiacis recreandæ: reiectis, quæ ipsarum substantiam nimio opere dissoluunt, sanguinis missione & purgationibus, in quibus præcipuè putridarum perfecta consistit medela.

Ergo pestilentium & putridarum febrium non eadem curatio.

Propugnabat LVTTETIÆ ALEXANDER PONTHEV ambianus, anno domini 1610.

DOMINI DOCTORES DISPVATVRI.

M. Ioannes Desgorris
 M. Renatus Chartier Med. Reg.
 M. Franciscus Placet

M. Andreas du Chemin
 M. Georgius Arbaud
 M. Stephanus de la Font



M. Guillelmus Luffon Med. Reg.
 M. Ioannes Beausjebene
 M. Ioannes Hautin Med. Reg.